



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

3 Quas personas peccatum originale afficiat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

¹ illo peccauerunt, & secundum hanc rationem est physice extrinsecum singulis sit: at mortaliter inimicum est, & omnes intrinsecè afficit.

Ad secundum concedo non tantum inesse singulis priuacionem gratiae, sed etiam sub actiones suarum passionum ratione recte; at nullo modo in hac priuatione subiectio constituit, neque parcialiter peccatum originale: cum quia Concil. sess. 5. can. 5. dicit per Baptismum tocum peccatum originale tolli, & tamen haec priuatio subiectio non tollitur: cum etiam quia haec subiectio non constituit gratiam Deo: ergo neque eius priuatio ingratiem constitutre potest, ac proinde non potest esse peccatum, alius priuatio scientiae, aliorumque donorum, qua Adam non peccatum habemus, sicut peccatum originale, & sic peccatum originale non est vnum, sed multiplex in quolibet subiecto, quod non est dicendum.

Ad tertium concedo Adamum habuisse priuationem gratiae post peccatum, non tamen habuisse originale peccatum; requirit enim ad originale peccatum priuatio gratiae non vacumque, sed debita origine, & seminali propagazione, debita, inquam, non ratione culpa propria, seu propria persona commissa, sed ratione culpa capit, in cuius voluntate omnium voluntates refusa erant.

P V N C T V M I I .

Quos effectus habeat peccatum originale.

¹ Priuat regno Dei.

² Contrahimus mortem, & rebellionem appetitus.

Congenit omnes Catholici priuare regno Dei, taliter quod decadentes in peccato originali, nunquam visuri sunt Deum, secundum illud Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei*. Non tamen inde priuari habitus esse aliquam peccatum sensus, ut recte, & crudite probat Salmeron ad Rom. 5. disp. 48. Suarez in 3. p. tom. 2. disp. 57. sect. 6. Salas tract. 13. disp. 11. sect. 6. & 74. & num. 83. Azor lib. 4. cap. 33. q. 1. & 2. Id non ob parentiam huius peccati, & fruitiogenitum rerum naturalium, & perfectam illarum notitiam dicendi sunt esse in beatitudine naturalissimum, ut bene probat Azor. q. 5. Salas disp. 11. sect. 6. n. 92. beatitudine naturalis expostulat naturam rectam, sanam, integram, & puram, quia si peccato mortali originali afficiatur, talis non est: nam careret perfectionis, & quia secundum legem ordinariam ei fuerint possibiles. Deinde quia in peccato originali est: Deo est inimicus, & inimicus, ac proinde miser: non ergo potest dici beatus. Item non essem immortales, neque appetitus subditus rationi est: sed sapere in malum inclinatur: plurimi etiam habentem ignorantiam: quia ratione bene comparata. Sora lib. 1. de nat. & grat. cap. 13. hominem in pura natura homini nudo, qui nunquam fuit vestitus, & hominem in natura lapso comparat spoliato, qui antea vestitus erat. Sed quid dicendum si aliquis originali infectus, cum solo peccato veniali decedat? & posse decedere probat late Salas q. 80. tract. 13. disp. 18. sect. 6. & 7. quia obligatio se conseruandi ad Deum, & potest ignorari inincibiliter. & cau quo ignoraretur potest illi non satisficer absque culpa. Item potest tunc homo aliquod mendacium leue, & burbum otiosum committere, & subito mori. In tali ergo eventu decedens in originali, & veniali, quam peccatum sensus habebi.

Respondeo habitum aliquam. sed non peccatum aeternum, sed temporalem, qua purgetur peccatum veniale commissum: locus autem, in quo purgandum est: vel est infernus, non cum societate damnatorum, sed separatum ab illis: vel est limbus, in quo decadentes cum originali residunt: non enim repugnat in limbo esse aliquem locum ignotum: quia anima decadentes cum originali, & veniali purgantur, & purgata: & veniali statim coniunguntur aliis, que cum solo originali decedunt. Quod si dicas, quare Patres, & Concilia nihil de hoc loco dixerint, scilicet respondetur, quia paci sunt, qui sic decadunt. Vide Salas sup. & Suar. 1.4. in 3. p. disp. 11. sect. 6.

² Secundum est de fide ob peccatum Adami mortem incurere, ad Rom. 5. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mortis, &c.*

Terter ob peccatum incurrimus rebellionem appetitus, & iuridices, labores, & alias inumeras miseras, de quibus lat. Vasquez. 2. disp. 134. cap. 1. Suarez 3. p. tom. 2. disp. 57. sect. 6.

Aduerendum tamen est mortem corporis, rebellionem appetitus, ignorantiam, & alia similia, quae per peccatum incurrimus, etiam in natura pura creari habere deberemus, neque obinde fit per peccatum non sive hominem vulneratum in naturalibus: fuit equidem, quia dono gratiae, & iustitiae originalis illi prava est: & us naturae erant impediti, & per peccatum homo perdidit hanc gratiam, & reddit ad id, quod de se habebat. Ergo vere vulnerata est in naturalibus. Vide D. Thom. q. 8. art. 3. Galet. ibi. Vasquez. disp. 138. c. 2. Salas tract. 13. disp. 13. sect. 1.

P V N C T V M III.

Quas personas peccatum originale afficiat.

¹ Omnes descendentes per feminalē propagationē, excepta Virgine Maria, peccatum originale contraxerunt.

² Aliqui affirmant Virginem sanctissimam non solum exceptam fuisse ab originali culpa, sed etiam à debito illam contrahendit.

³ Defendit, ut probabilis immunem non fuisse B. Virginem à debito contrahendi peccatum.

De fide est omnes descendentes ab Adamo per feminā propagationē tale peccatum incurrit, cum primū eorum corpori anima vniuntur: ita Trid. sess. 5. can. 5. nisi aliquis speciali priuilegio eximat, quod dico proprii Beatisimam, & nunquam fatis laudatam Virginem Mariam: haec enim mater Dei, & Regina mundi sub hac regula generali non comprehenditur, fuit enim diuinus excepta: decubuit enim dignitatem matris, ut tota fieret pulchra, & decora ab ille macula, & ruga. Neque obinde fit ab eius filio Christo Domino redemptam non esse: redempta enim fuit, ne incurret captiuitatem peccati, non liberata post incarnationem, qui modus redemptionis nobilio, & efficacius est. Negari enim non potest B. Virginem ex meritis Christi praferuant, ne nullum peccatum veniale committeret, & plures sanctos praeteritos esse, ne mortale commiserit, qui in toto rigore dici possunt redempti à captiuitate peccati incurriendi, nisi gratia praeseruentur, ita B. Virgo dici potest redempta de peccato originali, non quod contraxit, sed quod de facto contraheret, nisi à gratia per Christum piamente fuisse. Testimonia Scriptura, Partum, & ratio in favorem huius pīx, & debite lentiencia videtur posse in Salmet. ad Rom. 5. disp. 49. & 50. Azor lib. 4. c. 34. q. 3. Suar. tom. 2. rot. disp. 3. sect. 5. & 6. Bellarm. 4. de amiss. g. 1. 15. Val. tom. 2. ad 3. p. disp. 11. & 1.2. disp. 130. c. 1. Beia v. 2. c. 9. q. 10. Salazar, & alii qui latissimē haec veritate confirmant, nobis tamen sufficiens consensus feret virginis Ecclesie defendentes hanc sententiam, quam Sextus IV, & Pius V. nota leuitate promouere voluerunt, concedentes singulare gratias, & indulgentias hoc fessum celebribus. Et est nouissima Pauli V. confirmatio, qui incipit, *Sanctissimus Dominus nostrar, quam confititio, qui incipit, Sanctissimus Dominus nostrar, quam referit Barbo in remiss. ad Conc. sess. 5. fol. 50. Naldus verbo Mariae conceptionis, quia hic enim contrarium opinantibus imposuit, sanctiuitate, & merito, ne publicè in concionibus, lectiōibus, conclusionibus & aliis publicum cumque actibus publicis, assertetur Beatis. Virginem culpa originali fuisse conceptam: quibus decretis veritas immaculata conceptionis Virginis est in stabilitate, ut poterit a Sumo Pontifice tanquam dogma fidei definita.*

² Ruris aliqui neuterici sequentes Cartethinum lib. de pecc. orig. c. vlt. & lib. de concep. Virg. ad Synod. Conc. Trid. p. 1. c. 1. & lib. 4. contra Calet. & Galat. de arcana lib. 7. c. 10. & Salmeton ad Rom. 5. disp. 45. existimat Virginem non solum exceptam fuisse ab originali peccato gratia praeveniente, verum exceptam fuisse à debito contrahendi illud: eo quod non peccaverit in Adam. Dicunt enim in decreto illo, quo Deus statuit peccante Adamo omnes posteros concipiendos fore sine gratia, & iustitia, exempli B. Virginem aboluta, si decreverat incarnari ante proutum peccatum, vel sub conditione si prout Ade peccato carnari vellent: quae exceptio videatur & dignitatem Christi & matris commendate in matris, quia non solum à peccato, sed etiam à debito contrahendi liberatur: Christi, sicutdem ex meritis ipsius haec gratia mari conferunt. Probabile reputat hanc sententiam Valent. disp. 6. q. 1. p. 2. ad 1. Henr. lib. 3. tom. cap. 21. §. 3. Salas 1.2. tr. 13. disp. 11. sect. 5. q. 11. a. n. 6. A. rot. 1. lib. 4. cap. 34. q. 1. circa finem, licet oppositam reperire probabilem, & ita mihi videtur.

³ Ratio, quare non extimam B. Virginem à debito contrahendi peccatum originale, est, quia ante peccatum originale non fuit Christus Dominus prauis falem in statu passibili, & meritorio, quem de facto habuit: hic enim statu affluptus fuit in tempore, & satisfactionem peccati commisit. Ergo non potuit esse causa meritoria praestrandi Virginem à debito contrahendi peccatum Ade: haec enim praefaciens, præfacionem ipsius peccati ancepsit. Secundò, si B. Virgo in Adamo non peccauit, cuius voluntatem non fuit refusa. Ergo Adam non fuit caput morale B. Virginis. Ergo etiam Adamo non peccante B. Virgo non habebat gratiam, & originali iustitiam ex promissione Dei facta Adamo, sed aliove illi concedenda erat: quod non videatur, neque in Scriptura, neque in Patibus fundamentum habere. Tertiò habete B. Virginem debitum contrahendi peccatum, & non contrahere potius extollit, quam minuit eius dignitatem; debitum enim contrahendi peccatum non est peccatum, sed est obligatio illud contrahendi: quod cum non contrahatur, gratiotem reddire annum, ut ipse qui clarus est videt redemptum. Quarto hoc modo recte explicantur aliqua loca Scripturæ, quæ affirmant omnes nos in Adam peccasse,

peccatis, ad Rom. 5. & 1. Corinth. 15. Sicut in Adam em-
perierunt, ita & in Christo omnes emperieruntur. Ergo
si B. Virgo per Christum fuit vivificata, & ita & in Adam
fuit mortua, ac proinde debitum habuit cadendi per pec-
catum.

P V N C T V M I V.

Quod sit peccatum mortale, & veniale, actua-
le, & habituale, & qua ratione
inter se differant.

1. Definitus peccatum.
2. An omnis peccatum sit contra legem.
3. Propontur. & resoluuntur. ibid.
4. Obiectioes contra dictam resolutionem proponuntur, &
dilinuntur.
5. Convenit supradicta peccati definitio tam mortali, quam ve-
niali.
6. Et quid sit peccatum habituale. ibid.

Peccatum definit August. 22. contra Faust. c. 27. esse
dictum, factum, vel concupitum contra legem diuinam.
Hac definitione approbant omnes Scholastici cum Mag. 2.
disp. 35. & D. Th. q. 7. art. 6 coincidunt cum ea, quam tradit Ambro-
sio lib. 1. & parv. 8. Peccatum (inquit) est diuinæ legi præ-
varicatio, & coetere inobedientia mandatorum. Dicitur dictum,
factum, vel concupitum, ut explicitentur peccata cordis, oris, &
oporis, esto malitia proprie in actibus voluntatis residat, in acti-
bus vero aliarum potestiarum denominari tantum, sicuti & li-
beras, item comprehendentur peccata tam commissionis, quam
omissionis: omisilio enim actus debiti, etiam si pura sit, est que-
dam moralis effectio, factum enim id omittit, quod facere non
debet. Item comprehendentur peccata, quae sunt contra legem
magistrorum, diuinam, & humana; omnia enim sunt contra le-
gen diuinam indebet. Deus enim præcipit obediens legibus ho-
morum, iuxta ilud ab Hebreos 13. Obedite præceptis vestris,
& subiaceat eu. Ideoque Luca 10. dixit, Qui vos audiit, me au-
dit, & qui vos pernit, me pernit.

Dificultas autem est, qua ratione peccatum sit contra le-
gen Dei? Et ratio disputationis est, quia lex diuinæ sapientie mala
prohibet, quia mala sunt: prohibet enim mendacium, adulterium,
quia ex se mala sunt. Ergo antecedenter ad prohibitorum
est in rebus prohibitis malitia, quae sufficiat confundere
peccatum. Et confirmo. Primo secundamus legem diuinam, &
committimus mendacium, verum factum aliquid indecorum, & inho-
nestum. Ergo peccatum: hac enim ratione dixit Paulus ad Rom. 2.
Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea qua legis
sunt, faciunt, secundum quoniam legis scriptum in cordibus suis, refi-
monium reddit illa conscientia ipsorum. Confirmo secundum.
Deus sibi legem impone non potest: nihilominus tamen non
potest mentiri, nece odio habere: quia ex se mala sunt. Ergo
secula eius legi malitiam habent.

Propter hanc etiama dicendum malitiam moralis, & pecca-
tum in his quæ de mala sunt consistere immediatè, & formaliter
in disponentia cum natura rationali: sed quia hac disponentia
semper est prohibita à lege diuinæ; ideo omnis peccatum verè, &
proprie dicitur esse contra legem diuinam: sic Valq. 1. 2. disp. 26.
& 27. Salas trax. 23. disp. 2. sect. 4. n. 59. & 71. & disp. 3. sect. 3.
n. 25. in fine. Azor. lib. 4. c. 1. q. 2. in fine. & 9. 4. & 5. Bonacina
disp. 1. de pecc. q. 2. p. 1. n. 2. & 4. Suar. lib. 2. de legib. c. 6. n. 5. & 11.
Mouer ad affirmandum elementum peccati non esse immediate
contra legem diuinam, sed contra naturam rationalem: nam
flare opinim potest aliquem mentiri, quia aduerterat mendacium
esse ab aliquo superiori prohibitus: sed solum cognoscit esse
indecorum, & indecorum natura rationali. Ergo tale mendacium
peccatum est, seu malum morale, esto non sit contra legem
superioris.

Secondum alii probant. Lex diuina prohibens mendacium li-
bera esse videtur in Deo: nam est actus quidam diuinæ volun-
tatis, relisperit creaturas, & illas obligare intendens: qui actus
nequeat esse necessarius in Deo, etiam impossita voluntate pro-
ducendi creaturas. Vide enim talis necessitas omni potest? De-
mus ergo suspendere Deum huiusmodi legem: at tunc menda-
cium non est aduersus legem illam, est tamen aduersus natu-
ram rationalem. Ergo in disponentia cum natura rationali pecca-
tum constituitur.

Sed haec ratio mihi non probatur, quia est omnis actus diu-
ine voluntatis ad extra liber sit, tamen hic actus, quo omnia
intintfecit mala prohibet, necessarius est non absolutus, sed ex
suppositione, quo voluit mundum creare, & creaturas ratione
viventes habendas habet: nam eo ipso obligatus fuit esse illa-
rum legislatorum, & prohibere, quae prohibenda sunt, alias non
habebat prouidentiam illarum consuetudinem suarum bonitatis, vt
recte dixit Suarez lib. 2. de leg. cap. 6. numer. 14. circa fin. Quare
prima ratio sufficienda est de contrarieitate cum natura ratio-
nali. Quod intelligendum est tam de peccato commissionis,

quam omissionis: omittere enim actum debitum, qui verè de-
bitus est, rationi naturali aduersatur, & in hac contrarieitate
peccati malitia constituit. Dixi peccatum consistere in dispo-
nentia cum natura rationali, non cum sensu. Nam licet
plura peccata tam rationi naturali, quam sensu diconuenientia
sint, vt est bestialitas, sodomitria, & pollutio, quæ ideo vo-
cantur contra naturam, quia sunt non solum naturæ ratio-
nali, sed etiam sensu diconuenientia. At plurima alia pre-
cata solum rationi naturali, & non sensu diconuenientia
sunt, vt bene notauit Bonacina dispens. 2. de pecc. quest. 2. p. 1.
num. 9.

3. Sed objeci potest primò illud ad Rom. 4. *Vbi non est lex,*
nec prævaricatio, & 1. Corinth. 15. Virtus peccati lex. Ergo con-
trarieitas legis, est quæ peccatum constituit. Secundo peccatum
est inobedientia, & offendit superiori facta, vt dicit Ambros.
sed inobedientia, & offendit necessario requirentem cogosco
legem superioris, cuius voluntati inobedientia repugnat. Ergo in
hac contrarieitate ad legem consistit peccatum. Non enim dici
potest te offendere superiore, cuius voluntatem non cognoscis.
Tertio si ex disponentia cum natura rationali peccatum de-
sumitur: qui mendacium committeret aduerseret legem diuinam
esse prohibitum, gravius multò peccaret, quam qui solum
aduerteret esse disponentiam naturæ rationali, tenetürque in con-
fessione hanc circumstantiam, vt notabiliter aggravantem,
vel fortè mutantem speciem explicare, quod certè inaudiu-
tum est.

Ex solutione harum obiecctionum nostra sententia dilucida-
bitur.

Ad primam respondeo cum Anselm. ibi, & Vasquez disp.
97. cap. 4. non esse prævaricationem, nec peccatum in multis,
vbi non est lex Moys. quia nec sunt aliæ prohibita, neque dis-
ponentia naturæ rationali: si tamen generaliter velis logui Paulum
de quacunque lege, respondeo verum esse, non esse prævaricationem,
vbi non est lex Dei, indicans, vel præcipiens aliquid es-
se malum, quia eo ipso quod malum sit, indicatur à Deo malum
esse, ac proinde nunquam est peccatum; quoniam sit contra
legem Dei indicantem esse malum. Deinde affluso, cum pecca-
tum est contra rationem, esse etiam contra legem Dei præci-
piente saltem mediatis, quia omne quod est contra rationem
est contra Dei præceptum: quod si aliquando hujus rationis
præceptum non cognoscitur, non tollis, quemminus verè pecca-
tum sit, & dignam penam, vt bene dixit Azor lib. 4.
quaest. 4.

Ad secundum respondeo peccatum esse inobedientiam, &
offensam Deo factam, non formaliter, sed materialiter, & indi-
rectè, seu consequenter. Ad rationem enim inobedientia for-
malis requireretur transgreditio legis ex voluntate non obe-
dienti, & ad rationem offendit formalis cognitio ipsius superio-
ris præcipiens; quæ cum possit non haberi, cum peccas, poteris
non esse inobedientis formaliter, eti materialiter, & absolutè
inobedientis: sive rationem naturalem violas.

Ad tertium concedo, gravissimum esse culpam illius, qui ad-
uerterit ad legem, & violat præceptum, quoniam si nullum illius ad-
uerserintur habebet: at, quia iudicio, vel nonquam accidit te igno-
rare legem esse ilorum, quae sunt intintfecit mala, ideo non
est necessarium distinguere in confessione, an præces ex igno-
rancia legis, an ex illius cognitione: si tamen calus daretur, in
quo iniuriantur ignorantes, vel non aduerseris legem diuinam
esse prohibitum ea, quae sunt intintfecit mala, existima-
re necessario tibi esse explicandum in confessione, iuxta senten-
tiam assertum circumstantias notabiliter aggravantes, vel
diminutives esse factio, & explicandas.

4. Supradicta definitio peccati, esse scilicet prævaricationem
legis seu esse voluntatem, locationem, operationem contra
legem, non solum contumie peccato mortali, sed etiam veniali.
Veniale enim peccatum etiam est contra legem: tum quia ad-
uersatur recta ratione: tum quia eodam præcepto sapientie pecca-
toria, & mortaliter prohibetur, vt patet in furoto grati, & le-
ui; & ita tecum plures referens Salas 1. 2. q. 98. trax. 1. disp. 16.
sect. 2. n. 27. Valquez disp. 143. cap. 4. & alii communiter. Quare
cum Doctores dicunt peccata venialis non esse contra legem,
sed præter legem, intelligenda sunt non absolute, sed cum addi-
to, hoc est, non esse magno, & notabiliter contra legem,
vel non esse contra legem necessariam gratia, & amicitia diu-
na. Non enim peccatis venialis gratia, & amicitia diuina dis-
solvuntur, esto infirmatur, & remittatur.

Peccatum habituale est macula moralis relicta in anima ex
peccato actuali præterito, quæ macula dum non remittitur à
Deo, vel non retractatur, reddit hominem dignum odio diuino
& penitentiam destinatum. Hæc macula aquæ est peccatum
præteritum, aliæ nonquam delicti posset, neque est carentia di-
uina condonacionis, quia hæc in Deo existit, & à Deo est in-
tentio. Ergo non potest neque pati aliter peccatum constitueret,
sed eti quid refutans ex peccato actuali præterito, quod dum
non condonatur, semper per censuram persecutare. Sed de his latius
in materia de gratia.

DE
ASTRO
PALACIO
TOM.
LIB. I.
EPI.